
ANTONII Seidenstikkers De FURIBUS FERARUM, Von den Wild-Dieben/

Dissertatio Juridica, publicè in Academia JULIA An. 1675. habita, nunc demum verò ab autore recognita, correcta & aucta.





HELMESTADI,
Typis & sumptibus JACOBI MÜLLERI,
ANNO CIↃ IↃC LXXVII.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO DUCI AC DOMINO,

DN. RUDOLPHO AUGUSTO,

BRUNSVICENSIUM AC LUNEBURGENSIUM DUCI,

PRINCIPI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

In humillimæ ſubjectionis ſignum hoc exercitium Academicum conſecrat

Devotiſſimus Cliens

Autor.

AD LECTOREM,
AUTOR.

PRodit nunc denuo ex ſingulari Indultu magnifici JCtorum Ordinis noſtra de furibus ferarum diſputatio, labor & juvenilis, ita tenuis, quem ipſum quidem inter tot eruditorum ſcripta ac in tanto disputationum pelago potius abſcondi quam recudi conſultius videretur eſſe, aſt cum exemplarium diſtractio adeò frequens contigerit, ut non tantum noſtri ſed & extranei typographi multique boni de hiſce noviter edendis inſtanter apud me ſollicitaverint, hujus editi ante hac ſpeciminis noſtri recognitionem &

correctionem haud invitus ſuſcepi noviſque inſuper acceſſionibus ſuo paſſim loco commode inſertis augere propterea volui, ut hæc nova editio à mendis ut ſpero repurgata ab exterorum imprimentium exemplaribus jam tum hinc & inde ſparſis & non adeò exactè editis dignoſci queat. Si quis ſit, qui hoc ipſum quod ipſe ſine vitio nos vertere velit, huic regerimus, ſatius fuiſſe magnornm Virorum & amicorum ſuaſui, imò juſſui obtemperare, quam rigida cenſura & calumnia nonnullorum ab hoc ſuſcepto labore deterreri. Vos Boni omnes bona mente hoc quicquid eſt conditum opellæ bono & æquo judicio excipite; Quod ipſum ſi feceritis ſat uberes tenuis mei laboris fructus me percepiſſe videbor, interim me meaque ſtudia vobis unice commendans. Helmſtadii, 1677.

I. N. D.

I. N. D. N. J. C.

§. I.

QVam benignè Conditor generis humani de hujus conſervatione ſollicitus, humanæ proſpexerit indigentiæ patet, quod machinam hanc vaſtam opulentiſſimis undique opibus refertam hominum cauſa reliquerit, ceu in ſacris Pandectis teſtatur Moyſes *Gen. 1. v. 26. & IX. v. 2. & 3.* & alicubi Regius Poëta David. Pulchrè de hoc ipſo mundi ornatu rerumque abundantiâ ſic canit Virgilius *1. Georg.*

Hîc ſegetes, alibi veniunt felicius uvæ,
Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt
Gramina. Nonne vides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea Eliadum palmas Epeiros equarum.

Hæc ipſa non tantum ſed & alia multa imo cuncta hominis gratia creata & Ariſt. *1. Pol. c. 5.* oſtendit his verbis ἡ μὲν τοιαύτη κτῆσις ὑπ' αὐτῆς φαίνεται, τῆς φύσεως διδομένη πᾶσιν. *Hujuſcemodi igitur copia perſpicitur naturâ data cunctis.* Et paulò poſt: *Quapropter ſimiliter planum, putare nos debere, quæ oriuntur è terrâ animalium cauſſa eſſe, & cæteras animantes hominum gratia, manſuetas enim & propter uſum & propter cibum. Feras autem etſi non omnes, plurimas tamen cibi & aliorum adminiculorum inde capiendorum causâ: ut & veſtis & alia inſtrumenta conficiantur ex ipſis, ſi igitur natura nihil neque imperfe-*

ctum neque frustra facit necesse est hominum causa cuncta ipsa fecisse naturam. Add. Cic. *l. 2. de Nat, Deor. sub fin.*

§. II.

Hæc autem rerum abundantia, opes splendidæ & mundi thesauri licet hominum causa sint, non tamen cuivis indistinctè ut tempore status Innocentiæ sunt obvii, comparabiles & proprii; proinde quomodo unicuique impenso prius labore & sudore horum omnium usus & proprietas possit acquiri, multum & jura civilia & gentium disposuerunt, variaque, quibus ad indigentiam nostram sublevandam & vitam sustentandam necessaria acquirimus, media introduxerunt, quorum alia dicuntur naturalia, alia civilia, seu uti Dn. Struvius loquitur in *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 41. §. 6.* & quod eodem recidit, alius modus acquirendi est naturalis, alius civilis. Confer Arist. *loc. cit.* Grotius *de J. B. & P. lib. 2. cap. 8.*

§. III.

Prioris modi rursus duo sunt genera, unum dicitur occupatio; alterum accessio. Species occupationis à diversitate rei occupatæ sunt quoque diversæ; aut enim occupamus rem aliquam nullius animatam, aut inanimatam. Si hoc, dicitur inventio. Illam rem occupamus vel in bello & dicitur captivitas, præcipuè si personæ hostiles tanquam res instar nullius occupantur. Dn. Struvius *d. l. §. 7.* Vel extra bellum, & dicitur captura. Vid. §. *13. & 12. Inst. de R. D.* De capturâ & in specie quadrupedum & majorum etiam volatilium, quibus licita & illicita & præcipuè qui inde Wild-Diebe audiuntur, qua possumus brevitate, quantum nunc quidem per ætatis & ingenii imbecillitatem licebit quædam pertractabimus, eâ scilicet methodo, quam eruditè docet Magnif. Dn. EICHELIUS, Cancellarius & Consiliarius gravissimus, & qui hujus vestigia felicissimè præmit, Excell. JCtus Dn. GEORG. ENGELBRECHTIUS in prælectioni-

nibus suis ad Pandectas, Institutiones, Jus Feudale & Criminale, Præceptor noster per quinquennium feré fidelissimus, ita ut FUNDAMENTO positô hujus nostræ materiæ progressum faciamus ad PERSONAS, ab his ad objectum furti ferarum, RES scilicet, & deinceps, quæ hæc omnia consequuntur hoc est EFFECTUS.

§. IV.

Primo autem intuitu nos videmur omni quidem fundamento destituti, cum capturam ferarum nemini illicitam esse non pauci sint, qui contendunt, quos vide magno numero allegatos à Carpzov. in *Praxi Crim. P. 2. Q. 84. n. 4.* & Harprecht. *ad §. feræ Inst. de R. D. n. 38.* Expressè dicit Georg. Mor. *de Jur. Ven. c 3 p. 1. Non tantum ratione feræ ablatæ furtum non committi, sed nec auferentem, ad hujus restitutionem esse obligatum,* quod sané, si ita est, frustra nunc quidem videmur disputare de eo, quod in rerum natura non est, furibus nempe ferarum. Jure etenim naturali dicunt, omnibus indistinctè feras capere esse permissum *§. 12. & seqq. Inst. de R. D. l. 1. §. 1 l. 14. ff. eod.* Adeoque capturam ferarum, tanquam illicitam aliis prohibere, prohibenti potius illicitum & turpe est, cum illa, quæ ex hoc jure descendunt sine injuria à Principe haud tolli possunt, *argt. §. 11. Inst. de I. N. G. & C.*

§. V.

Verum promiscuam hanc feras capiendi lubidinem non esse juris simpliciter naturalis, manibus ambabus palpare, cuivis est facilé, cum actus hujus juris contrarius non sit talis, qui involvit moralem quandam turpitudinem. Conf. Grotius *de I. B. & P. l. 1. cap. 1. §. 10.* Neque etiam putandum illud statim esse juris naturalis, quod Romanis placuit, ceu loquitur laudatus modo Magnif. Dn. EICHEL. In privatis suis disc. *ad Tit. Inst. de R. D. in princ.* Cum quo facit Hugo Grotius *d. tr. l. 2. c. 8. n. 5.* eodem feré modo dicens:

cens: *Valdè falluntur recentiores JCti, qui hac ita putant naturalia, ut mutari nequeant: Sunt enim naturalia non simpliciter, sed pro certo rerum statu, hoc est, si aliter cautum non sit. Germaniæ autem populi cum Principibus & Regibus bona quædam essent assignanda, unde dignitatem sustinerent, sapienter existimarunt, ab illis rebus incipiendum, quæ sine damno cujusquam tribui possent, cujusmodi sunt res omnes, quæ in nullius dominium pervenerunt.* Hinc necesse est, potestatem capiendi feras, cum non sit juris naturalis, meræ dispositioni & legi humanæ subjacere, quæ ratione sui objecti mutati, modò omnibus indistinctè potest concedere modò exigentibus Reip. utilitatibus interdicere nonnullis venationem. Vid. Dn Struv. *Exerc. 1. §. 53.* Carpzov. *d l. n. 40.* Et posito, sed non concesso, esse ejusmodi juris, quod mutationi non sit obnoxium, puto tamen rectè asserendum, im̃unitatem hujus juris scilicet naturalis, à mutatione non esse perpetuam, utique enim mutationem recipere aliquod Juris Naturalis præceptum concurrente cum eo fortiori ejusdem juris præcepto, & ipso jure Civili videtur comprobatum *l 2. C. de Rescind. Vend.* conf. Struv. *d. l. §. 59.*

§. VI.

Cum itaque hic sint duo Juris Nat. præcepta, unum ex hypothesi adversariorum: Quivis debet venari. Alterum: intereſt Reip. ne per ruinam ferarum ruinæ hominum oriantur. Hoc sanè fortius ligat quam alterum, cum spectet salutem totius Reip. Jam quandocunque duo ejusmodi præcepta concurrunt, semper superius est servandum, ita tamen, ut inferius non servatum, non tam probetur, quàm permittatur. *Strv. d. l. §. 58.*) Uti ego edoctus sum ab Excell. Dn. ENGELBRECHTIO laudato modò Præceptore meo venerando, *ad tit. ff. de Usuc. & Usurp.*

in

in princ. ubi hoc ipsum circa fundamentum Usucapionis, quemadmodum solet omnia & perspicuè & eruditè, latius ostendit. conf. Dn. Han. *ad d. t. n. 9.* & Bachov. *ead. n. 4.*

§. VII.

Ex persecutione verò ferarum promiscua cruentas sæpe lites, hominum interneciones aliaque Reip. gravissima incommoda accidisse, experientia multa, puto jam satis comprobatum, & fatente ipso Aristotele *Venatio & deprædatio duo sunt confinia studia.* Ut plurimum enim Satyri isti & sylvis nimium dediti, sylvestres, effrenati & non rarò crudeles hominum venatores redduntur. Rectè proinde Poëta:

Horrida præcipuè, cui gens assuetaque multo
Venatu memorum.

Add. Const. Elector. quam allegat. Carpzov. *d. l. n. 43.* ubi quæ diximus apertè confirmantur his verbis: Daß auch zu mehrmahlen arme unschuldige Wanders-Leute/ welche ihren Weg durch die Wälde/ Heyden und Höltzer nehmen müssen/ und auff solche Wildbräts-Beschädiger stossen/oder ihnen sonst zu handen kommen/ von denen beraubet / und jämmerlich ermordet worden. Idem dicit die neue Forst-Ordnung des Fürstenthums Würtenberg *sub Rubrica*: Mandat der Büchsen halben/ *verb.* dabeneben die Sachen mit diesen leichtfertigen Buben dahin gerichtet worden / daß sie über das Fellen und Schiessen des Wildbräts auch zu andern hochtrefflichen Mißhandelungen/ Beraubens und mördlichen Erschiessens gerahten/ &c. Ex quibus omnibus apparet detestandus iste promiscuæ venationis effectus, qui satis prægnans fuit causa Juris gentium naturalem libertatem paululum restringere & circumscribere, ob evidens reip. commodum vid. Struv. *d. l.*

§ VIII.

Nos missis aliis, quæ in contrarium solent afferri altercationibus ex anteced. §§. deducimus, Principes tanquam illicitum aliis optimo jure posse prohibere, ob majus evitandum malum insequi feras & illas tantum sibi in suis sylvis circumseptis proprias reddere, vid. Grot. *d. l. n. 2.* Inprimis cum illi pares sint oneri ferendo sumtuum, quos venationes requirunt, & vix à privato sine multô ejus dispendio & interitu sui suorumque (vid. alleg. Forst-Ordnung des Fürstenth. Würtemberg) impendi possunt (2.) Quam maximé Principum genio venari conveniat. Sunt perelegantia quæ hanc in rem concepit Gailius *l. 2. obs. 67. Venatio,* inquit, *Principibus viris omnium maximè convenit, cum sit rei militaris comes, & meditatio rerum bellicarum, & ideò à veteribus summopere laudata est. Nam in ea diluculo surgere & equitare, currere, atroces feras observare, excipere ac jaculo petere, æstum frigusq; perferre, sæpe etiam famem pati necesse est, ita ut in ea omnia bellica exerceantur.* Idem dicit Noë Meuer von Forstlicher Oberherrligkeit und Gerechtigkeit. *Part. 1. tit.* Welchen Personen und Stand vor andern das Weidewerck zu treiben. Andr. Knich. *sub Descr. Verborum: Ducum Sax. c. 5. n. 223. p. 225. It. Arist. l. 1. Pol. c. 5.* Cic. *l. 2. d. N. Deor. sub fin.*

§. IX.

Ex hac Gailii venationis cum bello comparatione videtur fluere, proprium esse jus & nemini conveniens feras occidere, nisi Principi, quemadmodum enim jus belli & pacis est Principum, ita quoque occisio ferarum. Inde sunt, qui ipsum jus venandi regale aliquod bonum non inepté dicunt. *argt. II. Feud. 56.* uti Heigius *p. 1. Q. 15. n. 44.* quem probat Carpzov. *d. l. n. 24. & 23.* Conf. Hahnius *ad Tit. ff. de A. R. D.* qui non ita simpliciter uti Vultejus *de Feudis l. 1. c. 5. n. 7. p. m. 75.* & multi alii negat, hoc jus tanquam regale

Prin-

Principibus competere, add. Rosenthal. *de Feudis c. 5. concl. 94. n. 4.* Finckelth. *Obs. 41.* qui distinguere videntur inter venationem summam & inferiorem, ita ut illa sit juris regalis, hæc non item. Add. Andr. Knich. *d. l. n. 197. p. 224.*

§. X.

Neque etiam existimandum hoc ipsum jus regale sine ullo aliquo legitimo acquirendi medio ad Principes pervenisse, pro diversitate enim locorum modò jure superioritatis, modò per immemorialem præscriptionem hoc jus usurpant. vid. omninô Hahn. *d. t. ad verb. Wesemb. & hæc nunc præcipuè.* Quod ipsum & confirmat Noë Meurer *d. tract. Rubr.* von welchen rechten das Weidewerck &c in fin. Ist es/ dicit, durch einen langen Gebrauch und Gewohnheit/ die nicht weniger/ denn ein ander geschrieben Recht und Gesetz zu halten/ auch der Teutschen und der Unterthanen/ lang still schweigen/ gutwillig zulassen und Bewilligung dahin kommen/ daß etliche so an sondern Orten alleine das Weidewerck von Alters her gebracht/ daß anderen gewehret/ nach solchen Gebrauch über Menschen Gedencken das nunmehr zu eigener Gerechtigkeit ihn zueigenen/ und auff frembden Gütern von Gewohnheit und Forst-Rechts wegen/ das gebrauchen/ und wie andere Regalien zu Lehn empfangen mögen. Item *sub Rubr.* von Beweisung Forstl. Ober- und Herrligkeit. *verb.* Und ist kein Zweiffel/ dieweil Forstl. Ober- und Herrligkeit zugleich anderen Regalien und Lehn verliehen. Hisce adde Const. Elect. Ducis Sax. Anno 1584. in mandato: contra temeratores Venationũ promulgata, verb. Und aber in Krafft/ des über viel undencklichen Zeiten im gantzen Römischen Reich Teutscher Nation und andern Königreichen und Landen verjahrten und hergebrachten Gebrauchs &c. Dissentiunt quoad præscriptionem Bach. *ad Treut. vol. 2. Disp. 20. §. 3. L. A.* Idem Waizeneg. *c. 3. n. 20. p. 576.* existimantes quasi semper

longa patientia ejus, contra quem hoc in casu præscribitur, cesset, cum hic non tam sit patientia libera quam vis & coactio quædam: ad quod ipsum tamen si in ipso eruditorum examine moveatur quoad possumus distingvendo sumus responsuri. Conf. interea Frantz. Zoan. de Dupl. Venat. *n.38.51.52. usque ad 65.*

§. XI.

Ex his puto satis constare justitiam, qua superiores alios arcent ab insecutione ferarum, quam sibi propriam justo acquirendi modo reddidisse § antec. probavimus. Quodcunque itaque Principi est proprium, in eo socium admittere necesse non habet. Atqui venari feras est tale. E. & sic per consequens juste alios excludit, & in contra agentes tanquam violatores LL. publicarum, & fures animadvertit. Add. Magnif. Dn. EICHEL *ad d.t.* & Meuer. *d. tract. Rubr.* **Welcher Gestalt die Forstl. Obrigkeit.** Ubi dicit: **So mag nicht gar verläugnet werden/ daß ein Wildbräts- und ander Dieb nicht Geschwister-Kinder.**

§. XII.

Fundamento huic nunc reliqua ordine superstruimus, & sepositis furti ferarum etymologiis potius rei ipsius naturam perscrutabimur & ex definitione furti hujus nostri & personas furantes, & in quas committitur furtum ferarum, deinde res, quas excipiet effectus, deducemus. Describimus verò furtum ferarum. Quod sit contrectatio fraudulenta lucri faciendi gratia, feræ ad jus venandi pertinentis, quæ fit invitô eô, cui soli jus est feras insequi obligans contrectantem ad pœnam in lege constitutam. *argt.* §. 1. *Inst. de Obl. quæ ex del. nasc.*

§. XIII.

Diximus quod sit contrectatio fraudulenta lucri faciendi gratia. Hinc argumentamur de personis furantibus huncin modum: Quicunque contrectant feram aliquam frau-

fraudulenter & lucrifaciendi gratia, illi omnes sunt feripetæ, fericidæ, sive fures ferarum Wild-oder Wildbräts-Diebe/ Wild-Beschädiger/ Wilderer. Wenerus *in vocab.* Wilderer. *argt. l. 21. princ. ff. de furtis.* Atqui tales sunt omnes Principis subditi perfecto intellectu instructi, sive sint masculi, sive fœminæ Carpz. *in J. F. P. 4. C.* 38. *d. 10.* sive per se & immediatè contrectent, sive mediatè, uti est. I. Qui adjuvat feripetam consiliô & auxiliô *argt. l. 53. ff. de V. S.* II. Qui jubet servum vel alterum feras surripere. *argt. l. 52. §. 3. ff. de furtis l. 14. C. eod.* III. Qui recipit feripetam & feras furtivas scienter, vid. Sanct. promulg. ab Augusto Elect. Sax. A. 1584. verb. daß nun hinführo die Straffe der Wildbräts-Diebe/ auch derer/ so dieselben hausen/ hägen/ oder ihnen wissentlich einigerley Unterschleiff geben/ der Galgen seyn soll. A qua tamen severitate consuetudo videtur recessisse & in praxi ejusmodi furti promotores & furum susceptores mitius puniuntur. vid. Carpz. *d. l. C. 39. it. in Prax. Crim. P. 2. Q. 87. n. 49. 50. 51. & seqq.* Dn. Struv. *Exerc. 48. §. 25. n. 8.*

§. XIV.

IV. Talis quoque est tam Clericus, quicquid etiam in contrarium dicant alii, quos vid. apud Carpz. *Praxi Crim. Q. 82. n. 67.* quàm Secularis, sive sit rusticus sive nobilis, quamvis hic non ita graviter quàm alter sit puniendus ex sententia nonnullorum, quos refutat Dn. Philippi in *Usu pract. Inst. l. 1. Tit. 1. Eccl. 1.* Laudans ibidem Baldum, cum quo facit Carpz. *d. l. n. 61. usque ad 65.* Add. idem *in Q. 84.* Nullum enim personarum dignitatis & nobilitatis hîc respectum habendum esse putant, juxta Arist. *l. IV. Eth. 4.* ubi dicit: *nihil refert utrum vir bonus malum hominem fraudarit, an malus homo virum bonum neque utrum vir bonus an improbus adulterium fecerit sed damni tantum differentiam intuetur lex: personis ipsis utitur tanquam æqualibus. Si facit*

 inju-

injuriam unius, efficitur injuria alter: item si hic damnum intuit, ille accipit. Add. Dn. Struv. *Ex. 1. §. 33. & seqq.*

§. XV.

V. Talis est quoque scholaris, sive furetur feram in aqua sive in alio loco non attentis iis, quæ vulgò illis solent concedi in ritibus, quos vocant depositiones, privilegiis. Etsi enim alias insignibus gaudeant privilegiis. *Auth. habita C. ne filius pro patre.* Neutiquam tamen in delictis singulari, sed communi cum reliquis utuntur Jure. Carpz. *d. l. Q. 32. n. 69.* ubi vid. præjudicium quo studjosus furans ad furcam justè damnatus est.

§. XVI.

VI. Tales sunt ipsi, quibus cura est commissa ferarum, uti sunt omnes cujuscunque ordinis saltuarii: Jägers/ Försters/ Oberförsters/ Forst- und Wild-Meisters. Licet plerisque in locis praxis administratoribus pœnam furti nunquam vel rarò addicat. vid. Const. Elect. 41. *Part. 4. Tit.* von vertrauten Gut. Et ibid. Carpz. Dn. Struv. *Exerc. 48. §. 25.* ex ratione, quod ipsi qui commisit fidei aliorum sua bona furtum sit imputandum, cum diligentiorem sibi debuisset eligere, quo & facit ille color, quod velamen administrationis furtum temperet & secundum Baldum *in c. 1. § Injuria. vers.* sibi furtum. *col. 2. de pac. ten.* administratio mitiget delictum. Puto tamen hanc impunitatem deberi vitio nostri seculi & labi, qua laborant Resp. qua censura tantum vexat columbas juxta proverbium: Kleine Diebe werden gehäncket/ grosse läst man lauffen. Rectius hi quoque certis casibus in Electoratu Saxoniæ puniuntur, cum longè majus delictum contrectando committunt, quàm reliqui, perjuri enim sunt, dum violant plerumque juramentum, quo Principi suo fidelitatem promiserunt, & fures; dum fraudulenter res amovent. Carpz. *ad d. const. def. 11. n. 7.* Et *in P. Crim. P. 2. Q. 85. n. 36.* Hinc quoque non immerito

ritò tanquam rei duplicis delicti severius puniendi sunt. Henr. Bocerus *tract. de furt. c. 2. n. 140. & seqq.* Justè itaque puto & istum infidelem Protoforestarium (Oberförster) aliquando punitum fuisse in ditione Hassiacâ perpetuâ relegatione & dextræ auris privatione. Quod ipsum memini in Acad. nostra Julia aliquando publicè propositum, in Dissert. de Jurisdictione Forestali Anno 1674. ad Weichbild t. von Diebstal der Haus-Diener und andern &c. ubi forestario cuidam ob dolosam administrationem per sententiam & laqueum vita ademta est.

§. XVII.

VII. Quæritur de furante, qui hæres est juris venandi, der die Anwartung auff solches hat. Si iste per suos ministros; feras clam auferri patiatur? & possunt hic accommodari, quæ habet Carpz, in *Praxi Crim. P. 2. Q. 83. n. 80.* Ord. Crim. *art. 165. verb.* So einer aus Leichtfertigkeit oder Unverstand etwas nehme von Gütern/ daran er sonst ein nechster Erbe ist. Et Brunnem. *ad illam in tit. ff. de furtü n. 9.*

§. XVIII.

Ex his facilè constat, quinam non sunt fures ferarum. Scilicet: Quicunque feras bestias non contrectant fraudulenter & lucri faciendi gratia, vel licet fraudulenter contrectent, tamen non invito Domino Forestario, illi non possunt esse fures ferarum. *argt.* §. 1. *Inst & §. 19. de Oblig. quæ ex del. nasc. l.* 48. § *2 ff. de furtu.* Atqui tales sunt 1. Impuberes non quidem omnes, sed illi qui fraudis non sunt participes: In his enim cessat formale furti nostri requisitum, fraudulenta scilicet contrectatio. Secus est, si doli sunt capaces, quo casu omnino sunt puniendi. Const. Crim. *art. 164* So sollen Richter recht pflegen/ wie ein solcher junger Dieb an Gut/ Leib oder Leben zu straffen. Quinam autem tales sunt non non ex certa annorum serie sed ex malitia supplente ætatem dijudicandum putamus. Juxta *d. art.*

Ob-

Obſervandum tamen, in Praxi hos impuberes ſæpius ne fuſtigationi quidem publicæ ſubmitti, ſed plerumque in carcere non à Carnifice, ſed miniſtris publicis virgis caſtigari. Carpz. *d. l. Q. 82. n. 13. & 15.* Ubi ex præjudicio dicit: **So wird beineldtes Mägdelein in Ansehung ihrer Jugend im Gefängniß ziemlicher massen mit Ruthen durch den Stadt-Knecht gezüchtiget**; Niſi graviſſimæ circumſtantiæ graviorem urgeant pœnam, quæ & aliquando poteſt eſſe capitalis. Itaque ſi fur impubes præter ablationem feræ ſclopeto aliquem petierit, procul dubio capite plectendus eſt.

§. XIX.

II. Impuberi comparamus furioſum *argt l. 5 § 2. ff. ad leg. Aquil. l. 12. ad Leg. Corn. de ſicar.* Ita ut nec ceſſante furore ullo modo fur poſſit dici & puniri *argt. l. 14. ff. de Offic. Praſ.* Nequaquam autem talis eſt, licet furioſo aliquando comparetur, ipſe prodigus, quando enim dicitur prodigum nullum habere intellectum, illud tantum eſt fictio, quæ nullum invenit locum, ubi ipſa doloſa & artificioſa aliquando rei amotio à prodigo facta tollit illam fictionem abſentiæ intellectus, cui locus tantum eſt, quando prodigus res ſuas deperdit, & ſic quando agitur de adminiſtratione ſuorum bonorum; non verò quando aliquid acquirere ſibi intendit, quo caſu ne prodigus quidem dicendus. Vid. Excell. Dn Engelbrecht. *in Praelect. ſuis publ. ad jus criminale Carol.*

§. XX.

Quid de Melancholicis ſtatuenendum vid: quæ latè & eruditè diſſerit B. Hahn. *ad Tit. ff. de Pœn.* De minoribus conf. Carpz. *d. l. Q. 82. n 28.* ubi concludit fures minores regulariter ab ordinaria delicti pœna non eſſe exemtos, quin idem in minore ferarum fure poſſit obtinere, non dubitamus aſſerere.

§. XXI.

§. XXI.

III. Talis est qui non lucri captandi, sed vitæ tuendæ gratia á bestia invasus illam occidit. *argt. l. 2. 3. ad Leg. Corn. de Sicar.* Si enim licité hoc casu homo potest interfici, quid ni etiam animal aliquod nocivum? *Defensor enim propriæ salutis in nullo peccasse videtur*, eleganter loquitur Imperator *d. l. 3.* Iniquissimi itaque & parum in conscientia sunt tuti illi domini Forestarii, qui hoc in casu pœnam aliquam in interficientem exercent. Vid. Meurer d. tract. tit. von zugefügten Schaden von wilden Thieren / ob man sich derselben zu erwehren habe.

§. XXII.

IV. Talis est qui feras in vineis & agris suis interficit ex irâ vel alio affectu damni evitandi causa, cessat enim hic animus lucrum captandi, Meur. *d. tract. p. 2. tit.* vom Jeder-Wildbret. Sin vero sclopeto transfixam bestiam é suis agris persequantur, nec Forestario vel saltuario suo referant, ipsum animal vertendo in proprios usus, omnino fures sunt dicendi. *vid. Autor. l. c.* Sed quid dicendum de eo, qui ipse quidem non commisit furtum, ansam tamen ipsi dedit, qualis est v. g. qui contra edictum prohibitorium palos acutos sepimentis suis inseri curavit, quibus fugitiva bestia transfixa á tertio aufertur? Et quod non idem ac tertius ille contrectans pro fure habendus sit putare nos suadet æquitas & mitior in delictis interpretandi via; Utrique tamen sua debetur pœna; huic tanquam furanti, isti veró figenti palos acutos tanquam delinquenti contra edictum prohibitorium, quale edictum extat in der Wald-Ordnung D. Henr. Jul. de an. 1590. art. 30. Idem pronunciamus de ipso, cujus canes destituti in collo indictis certæ longitudinis fustibus fera animalia non tantum solent fugare & persequi sed insimul aliquando dilacerare & sæpe devorare, qui ipse non quidem furti sed aliam incurrit pœnam temeratorum scilicet edicti prohibitorii.

 vid.

vid. d. Wald-Ordnung art. 23 ubi omnes, qui canibus suis fustes appendere negligunt mulctantur pœna 3. flor. qvam ipsam augeri & exasperari ipsemet audivi in judicio forestario in den Forst-Ampt oder Forst-Gericht / ubi morosо subdito, qui sedulo admonitus erat de coërcendis suis canibus & alligandis fustibus in patria mea dictabatur pœna 40. Rthal. quæ tamen postmodum moderabatur & intercedentibus nonnullis convertebatur in pœnam 20 Imperialium.

§. XXIII.

V. Tales sunt, qui sine ulla læsione feras è suis segetibus & hortis fugant, licet aliquando Domino ex hâc turbatione damnum contingat, abest enim hic furti hujus necessarium requisitum, ipsius feræ scilicet contrectatio. Qvo facit renovatio & declarat. Privilegii Rudolphi III. Imp. Für die Reichs-gefreyte Ritterschafft apud Limnæum *de J P. l. 6. c. 3. p. 113. & 150.* verb. **Gleichwohl jederman frey-gelassen werden / von den seinen / und zu Abwendung seines Schadens / daß Wild jedoch ohne Beschädigung abzuschrecken** &c. Si verò Principes expresse interdixerint, ne tangant vel turbent feras in agris suis subditi, non quidem contraagentes furti rei esse possunt, ab omni tamen pœna non erunt immunes, cum sint transgressores legum, quod tamen eo casu alii intelligendum volunt, quando damna data segetibus, vel frugibus vineisque à feris restituat Princeps, si enim sine ejusmodi restitutione nihilominus puniat, volunt, eum moraliter peccare, juxta illud Augustini: *non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. c. cum tu X. de usuris.* Add. Francisc. Zoan. *de dupl. Venat. n. 73.* An autem ejusmodi prohibitio, ne quis turbet feras, non sine ulla promissione restituendi damnum aliquando possit valere absque commissione peccati prudentioribus judicandum relinquimus.

§. XXIV.

§. XXIV.

VI. Talis est qui famis necessitate feras aufert & comedit, nec inde vendendo lucrum aliquod petit. vid. *art. 166 Const. Car.* verb. So jemand durch rechte Hungers-Noht von essenden Dingen &c. Add. Andr. Knich. *d. l. n. 274.* Necessitas enim legem non habet *c. quod non est licitum 4. de R. l.* & cuique principio hoc tributum est, ut se vitamque tueatur, nocitura declinet comparetq; ad vitam necessaria. *Cic. l. 1. off* Quænam autem debeat esse famis necessitas vid. latius explicat. à Carpz. *n. 34. & 48.* Cui etiam similem reddimus ex sententia Carpzovii *n. 46.* qui feram aufert, ut in summâ egestate corpus nudum tegat, quô casu si furtum sit modicum, omnem quandoque pœnam remitti posse, & Judicem reum prorsus absolvere teneri, *ibid. n. 50.* aliquo præjudicio probat Carpzov. Conf. Andr. Knich. *d. l. n. 254.*

§. XXV.

VII. Talis est qui occidit ursum, lupum, aliudvé quod nocere solet animal, licet enim hic adsit animus lucrandi, alterum tamen formale furti deest, invito enim domino non videtur contrectatio facta. Meur. *d. tract. rubr.* Wie man das Wild jagen soll/ *verb.* allen Thieren ist Friede und Bann gesetzet/ ohne Wölffen und Bären/ an denen bricht man keinen Friede. & rubr. Was für Mittel deren man sich &c. verb. daß sie Macht haben die schädliche Thiere/ insonderheit zu fahen. Quod tamen non ita simpliciter asserendum putamus, sed suâ exceptione circumscribendum, uti mox, quando agemus de rebus, videbimus. §. 35.

§. XXVI.

VIII. Talis est nobilis & quicunque alius subditus, qui ex concessione principis jure venandi gaudet, & licet illud intra tempora prohibita, da die Setzzeit ist/ exerceant, tamen illos non comittere furtum, non absurdè quis dixerit;

siquidem potius rem suam, quàm alienam videntur auferre. An vero hoc planè impunè ferre possint, alia est quæstio. Conf. Sereniss. Ducis D. Augusti erwiedertes Edictum das Jagen und Kuren betreffend / sub Dato 14. Augusti, Anno 1645.

§. XXVII.

IX. Talis est qui justo ductus errore feram tanquam suam, vel animo negandi jus esse Principi venandi, capit vid. *tot. Tit. ff. de Ignor. Jur. & fact.* quo casu cognitio causæ ante omnia prius est facienda, & omnino præcavendum, ne temerè ejusmodi capiens pœnis & minis à jure venandi arceatur, quod probè observatum videmus à Sereniss. Principe D. Henr. Julio, in Ordinat. Ducatus Gvelph. zu Saltzdahlum d. 3. Jun. Anno 1597. ubi dicit: Daß diejenigen so von Alters her bey lebendiger Menschen Gedencken/ die Jagten rechtmässiger Weise hergebracht/ ein jeder solches gebrauchen soll. Si verò Principi videatur, se turbatum fuisse in jure suo venandi, non statim actioni furti, sed aliis locus est remediis, vel interdicto uti possidetis, vel actioni confessoriæ vel negatoriæ & illo quidem utendum in possessorio, his verò in petitorio vid. Gail. *l. 2. obs. 75. n. 9. & seqq.* Meuer, *rubr.* Wie und durch was Klagen ùm Forstl. Gerechtigkeit zu klagen/ & hoc casu furtum non committi, maximè tum verum est, quando pro utroque litigante judicatur, probatâ scilicet ab utroque possessione, ubi venatio communis redditur, quam vocant die Mit-Jagt / Koppel-Jagt. Hæc de personis furantibus & non furantibus, progredimur nunc ad illas, contra quas committitur furtum ferarum.

§ XXVIII.

Diximus invito eo, cui soli jus est feras insequi, quinam autem talis sit constat ex §. 8. & 9. ex quibus sic argumentamur: Quicunque jure regali sive etiam: Quicunque

cunque iure superioritatis territ. gaudent, die die Landes-Fürstl. Obrigkeit / oder die Landes hohe Obrigkeit haben. 2. Qui jus venandi justo titulo acquisiverunt, contra omnes illos furtum ferarum committitur. Atqui tales sunt uno verbo omnes imperii cives sive status & ordines, quorum notam vide ap. Magnif. DN. CONRINGIUM, *in suis Exercitationibus Exerc.* 1. §. 6. & Knich. *c.* 2 *de Stat. Imper, n* 1. *p.* 185. uti sunt 1. noster Imperator. 2. Electores utriusque ordinis. 3. Archiduces, Duces & Principes, non quidem qui tales sunt titulo tenus, & ita dicuntur ex persolutione collectarum Imperio immediatè factâ, sive ex eo, quod matriculæ sunt inscripti, sed qui votum & sessionem in Comitiis habent. vid. modo laudatus Magnif. Dn. Conring. *d. tract.* 4. Tales sunt Archiepiscopi & Episcopi, 5. Tales sunt Comites & Barones. Knich. *d. l.* Add. Carpz. *P.* 2. *Q.* 84. *n.* 21. *Prax, Crim* 6. Abbates & Abbatissæ & Magistri ordinum militarium omnes vid. modo laud. Dn. Conring. *d. Exerc.* §. 53. Non obstantibus Juris Can. textibus *in dist.* 34. *c.* 1. 2. *&* 3. *c.* 1. 2. *X. de Cler. Ven.* Qui saltem restringunt non vero Clero planè adimunt jus venandi. vid. Meur. *d. tract. p.* 1. *rubr.* Welchen Personen und Stand für anderen das Weidewerck zu treiben &c. 7. Tales sunt liberæ civitates, quamvis sint qui his denegant & jus civium & jus superioritatis territ. quos vide refutatos à Limn. *d. l.* 7. *c.* 1. *n.* 49. Et Dn. Conring. *d. Exerc.* §. *ult.* ubi dicit: *Nunc certè pleno jure conciliorum fruuntur urbes illæ liberæ.* Add. Knipsch. de *Jur. & privil. Civit. Imp. l.* 2. § 7. *n.* 1. *&* 4.

§. XXIX.

VIII. Tales etiam sunt Status Imperii, uti sunt nonnulli Principes & nobiles sive immediati, die Fränckische / Schwäbische und Reinische Ritterschafft / die freye von Adel / Reichs-befreyte Ritterschafft. vid. Limn. *d. tract. l.* 6. *c.* 3. *n* 50.

& ibid. Renovatio Privil. für die Reichs-gefreyte Ritterschafft in Francken/ die Wildfuhren betreffend: Licet enim non ſint Status Imp. gaudent tamen nihilominus jure territ. & quod Princeps in ſuo territorio poteſt, illud quoque omne poteſt nobilis in ſuâ terrâ; Conf. *Inſtr. pac. Cæſar. Suec. art. 5. §. libera & immediata. 27* & Struv. *Exerc. 4. 15. 79* niſi nonnullis in locis ratione bonorum, in quibus ſunt inveſtiti ab aliis ſtatibus, his ſint ſubjecti. vid. Reink. *de Regim. Sec. l. 1. claſſ. 5. c 10. n. 14.* quo caſu licet conceſſum ipſis ſit jus venandi, tamen illud ipſum jus ſe rarò extendere ultra minores feras ibid. dicit. *d. Autor.*

§. XXX.

IX. Huc referenda quoque ſunt Collegia Canonic libera, quæ immediatè Cæſari & Imperio parent, die freye Käyſerliche Stiffte/ de quibus vid. Gail. *l. 1. Obſ.* 30. & Reink. *d. l. n. 15.* & X. Ruſtici nonnulli Imperatori immediatè ſubjecti, de qvibus *in Ep. Dedic.* der Reichshandelunge ſic Goldaſtus: Es ſind freye Reichs-Dörffer/ Suffelheim/ ꝛc. So mit Hoh- und Nieder-Gerichten begabet/ und alleine Käyſerlicher Majeſtät unmittelbahr unterworffen.

§. XXXI.

XI. Sub iis qui jure territ. gaudent, adhuc ſubſumendi ſunt illi, in quos ipſe Imperator hoc jus transfert vid. Andr. Knich. *de Territ. Orig. n.* 355. non verò qui à Principe jus venandi conſecuti ſunt, licet enim omne jus, quod ſuper feudo vel fundo habet alicui ſubdito concedat, non tamen conceſſiſſe cenſetur ſuperioritatem territ. Knich. *d. l. ubi n. 345.* dicit: *licet Princeps concedat omnigenam Jurudictionem & venationes, ob id tamen in vaſallo non ſunt regalia territorio illinita, ſed tanquam commoda loci conceſſi ipſi accedant, illæſis juribus ſtatus & ſalva ſuperioritate. Et n.* 350. inquit, *etiamſi velit Princeps non poterit privato concedere ſuperioritatem in Principe conſiderabilem.* Conf. *& num.* 351.

§. XXXII.

§. XXXII.

Sub altero majoris noſtræ membro (12.) ulterius ſubſumimus, illos, qui jus venandi exercent ex ipſius Principis conceſſione, nihil autẽ intereſt, an Princeps hoc jus conceſſerit in perpetuum & ad hæredes tranſitorium, an verò non, & venationis ſint precariæ, Gnaden-Jagten/ quarum natura vid. explicata apud Beſold. *in theſ. Pract. ad verb.* Jagen.

§. XXXIII

(13) Tales ſunt qui jus venandi acquiſiverunt per locationem cond. emtionẽ vend. Permutationem. Gail. *l. 2. Obſ. 6. n. 6.* & per præſcriptionem, qua de multæ ſunt lites & altercationes, an ſcilicet poſſit jus venandi præſcribi, quo modo & per quot años debeat præſcribi, quod ipſum nunc oſtendere noſtri inſtituti non eſt, ne videamur extra materiam verſari & promiſſam brevitatem non ſervare. Hoc unicũ ſaltem monendum circa has *in.* § *31. & hoc* expreſſ. quod furtum contra illas commiſſum non habeat eosdem cum reliquis furtis, quibus ſunt læſæ ſummæ MM. effectus, quemadmodum ſuo loco videbimus. Hæc de perſonis Ordine nunc res ipſas perluſtrabimus.

§. XXXIV.

In quibus autem rebus furtum ferarum committitur, jam patet ex definit. § *11. b.* Ex quâ argumentamur: Quæcunque beſtiæ ſunt feræ & ad jus venandi pertinent, in illis omnibus committi poteſt furtum ferarum. Atqui tales ſunt 1. omnes feræ majores, das hohe roht und ſchwartze Wild/ uti ſunt cervi & cervæ apri & ſues, 2. feræ minores klein Weidewerck/ uti ſunt lepores vulpeculæ &c. Quænam vero ſint minores, quænam majores, non ita exactè certæ regulæ includere licet ob varias locorum conſvetudines, ſiquidem alibi pertinent ad majorem venationem, quæ alio in loco ſunt feræ minores, quas omnes conſvetudines noſſe, nobis

non

non adeò est necessarium, nisi ad discernendos effectus furti, quod committitur ratione ferarum minorum, & illius, quod majorum, aliter enim illud atque hoc punitur. vid. §. 55. n. 2.

§. XXXV.

3. Talis est suo modo lupus ursus, lynx, animalia, cæteris bestiis vehementer infensa, quando scilicet eorum venationem sibi Principes expresse reservârunt, prohibendo, ne quis sine mandato illa capiat. Hinc sunt die Wolffs- und Fuchs-Jagten. Neque huic contrariatur, quod cuilibet permissum alterius conditionem reddere meliorem, quod fit exstirpatione ejusmodi rapacium animalium. Respond. enim hoc esse verum, nisi ex illa melioratione consequatur aliud majus detrimentum, quod itidem hîc contingit, dum promiscua sclopetorum jaculatione turbentur & fugentur reliqua præstantiora animalia, quæ ut tuta sint, aliò sæpe se recipiunt & sic commodum quod Dominus posset capere, alii cedit. Conf. Meur. *d. tract. rubr.* Was für Mittel etc. Nullum itaque est dubium, quin hæ rapaces & voraces feræ aliquando furto possint auferi, cum sint ejusmodi, qvæ & lucri causâ, & invito Domino Forestæ possunt contrectari, quod ipsum est formale furti, & sic nihil aliud quam ipsum furtum. §. *11. h.*

§. XXXVI.

4. Tale est & ipsum demortuum animal ferum, sive sit ex vulneratione mortuum, sive sine eâ selbstgefallen Wildbrät. Utroque enim casu potest esse fraudulenta contrectatio. Meur. *d. tract. Rubr.* Wie man das Wild jagen sol. verb. Es sey tod oder lebendig/ it *Rubr.* von denen gefällten oder selst gefallenen verb. Alles Wildbrät und wilde Thiere/ das niedergerissen/ es nicht denen/ so es erstlich funden/ sondern des Forstherren Add. Fürstl. Braunschweig. Lüneburg. *Constitut. in declar.* wie es mit den gefundenen Wildbrät zu halten/ so zurissen oder

oder sonst tod gefunden wird/ *sub dato* 16. *Maji Anno* 1646. Ast si vulneratum animal sit â venatore & ipse usque in alterius territorio vulneratam & fugientem bestiam tamdiu persequatur, donec inveniat & auferat, quæritur an furtum committatur? sanè jure civ. est res expedita. §. 13. *inst. de R. D. l.* 5. §. 1. *in fin. ff. eod.* quod negat; putamus tamen hîc venatorum consvetudines inprimis hodie esse attendendas. Certè alicubi licitum est, tam diu feram vulneratam persequi etiam in alieno territorio, quamdiu vestigia sangvinis ex fera vulnerata appareant, so lange man Schweiß spüret. vid. Bes. *in thes. Pract. ad verbum* Jagen. Ubi ex Const. Ludovici Friderici hæc verba deducit: Wenn er in seinen Jagen ein Thier geschossen/ oder ihn einen Fang geben/ davon es nicht gleich gefallen/ so mag er nach Weidmanns Brauch/ die Nachfolge haben/ so lange er Schweiß spüret/ und so er solches in einem andern Bezirck erleget/ oder für sich selbst fällen würde/ soll es ihm ohne weigerlich gefolget werdē. Idem statuit cum jure Civ. Jus Sax. *l. 2. art. 61.* quo licitum est persequi feram, etiam in aliena sylva, modò fiat sine inflatu corniculi venatorii. Contrarium tamen sancivit Elector Augustus Tit. Das keiner auf des andern Grund hetzen und jagen soll.

§. XXXVII.

5. Talis est fœtus, tenera animalia in lucem modò edita & pulli exclusi, quæ animalium mansvetorum custodes & pastores plerumque auferre queritur D. Augustus, Dux. Br. & Luneb. in suo edictô th. 36. h. allegat. his verbis: Sonderlich die Hirten ohne respect als wenn sie dessen wol befuget die Wild und Rehkälber auffangen/ hin und wieder in die Städte und sonsten verpartieren/ auch gleichmässig die jungen Haasen in den Feldern ergreiffen/ &c.

§. XXXVIII.

Talis est lepus aliudvé infirmius animal, lupo, qui illud ceperat ereptum, si nimirum non illi, cui debetur, deferatur,

tur. Neque hoc casu furans se potest excusare, quod melius fuisset, hominis bono hanc prædam contigisse, quàm rapaci bestiæ, quemadmodum & non excusat furem, qui incendio orto eripit flamæ res comburendas & illas lucri faciendi gratiâ contrectat, iste enim videtur fur sine omni, uti loqvuntur, misericordia. Putamus tamen, si eripiens animal hoc deferat suo saltuario, inventori quoque suam deberi partem, quam æquitatem suggerit Meur. *d. tr. l. 2 in fin* doch ist es billig/ daß dem/ so das Wildbrät ohngefehr gefunden/ und angezeiget/ sein Theil auch hebe.

§. XXXIX.

7. Talia sunt animalia per decipulas, laqueos, retia capta, **die mit Tüchern ümstellet.** Quamvis jure civili dicendum, illa licitè fieri propria primo exsolventi, cum adhuc in nullius sint dominio. Grotius tamen & hæc animalia esse in possessione ponentis laqueos & pandentis retia, fatetur *d. lib. 2. l. 8. n. 4. ubi dicit: Non solis manibus possessio potest acquiri sed etiam instrumentis.* Proinde horum animalium furtum fieri, nullum est dubium, si enim de consvetudine illarum bestiarum, quæ extra retia liberrimè vagantur, furtum auferendo committitur, quæ jam multo labore & sudore per aliorum instrumenta sunt captæ. vid. Meur. *d. l.* sibi idem dicit: **So ist doch hierin auff den Gebrauch und Gewohnheit/ welche das Ausschneiden von Garnen und wegnehmen/ derer von andern zuvor gefangenen Thiere vor diebisch halten/ mehr zu sehen/** qui tamen eodem loco dicit, purgari hoc furtum, ipsius animalis ablati spontanea oblatione & restitutione.

§. XL.

8. Tales sunt feræ á Principibus notatæ, & per certa signa γνωρίσματα, sive crepundia quasi propriæ redditæ. vid. Grot. *d. l. n. 3.* Hæ enim si ita in alienum territorium fugiunt, iste, qui

qui illas lucri faciendi gratiâ contrectat, de consvetudine videtur furtum committere. vid. Meur. *d. l.* verb. So ist doch der bey den Herren gehaltene Gebrauch mehr anzusehen/ daß sie aus den erkenten Gefäß/ und daran hängenden jedes Herrn Wapen den wiederüm zugeschicket werden.

§. XLI.

9. Tales sunt feræ leporariis sive alveariis, quæ Græcis sunt θηριοτροφεῖα, inclusæ, in his enim & jure civ. & Carolino *art* 69. multò magis de consvetudine furtum fieri omni dubio caret, cum ab includente ejusmodi animalia possideantur, illiusque dominio sint subjecta. *l.* 13. § 4. *ff. de Acqu. vel Am. Poss. l.* 62. §. 1 *ff. de Usufr.*

§. XLII.

10. Quæritur an huc pertineant dejecta cervina cornua? & disputatur variè, an non illa cornua possint haberi, ut res nullius & à quovis occupari, an vero more eorum, quæ mare ejicit ad littus, nequeant prohiberi, ne auferantur, quod ultimum utique affirmamus; proinde, cum ista cornua spectant ad illum, cujus est sylva, invitô eô non debent auferri, & omninò caveant sibi ejusmodi cornua colligentes, ne suspectos alius criminis se reddant, vix enim abest, quin & hoc hominum genus feras ipsas occidat, uti alicubi experientia testatur. In nostro Ducatu Brunsvicensi impunè quidem hæc cornua possunt colligi sed à nemine emi, nisi à forestariis, qui secus facit nec inventum cornu pro justo pretio tradit ministro forestario punitur carcere & pœna 6. flor. Vid. Die Wald-Ordnung D. Henr. Jul. de an. 1590 de hisce art. 28. ubi edicitur: sollen von niemanden unsere Diener/ Untertahnen auch Frembden/ Hirsch- oder Rehzweige/ wenn die gefunden werden / anders wohin verkaufft und gebracht werden / denn unsern Ober- und Föstern/ auch

Forstschreibern/ &c. & paulo post den jenigen/ so die finden/ und unsern Dienern wie gemeldet überantwortet/ sol jedes Pfund umb 1. ggr. bezahlen Pluribus hanc ipsam de cornibus cervinis quæstionem eleganter tractare Thomam Ederum, suggessit nobis Excell. DN. DAN. CLASENIUS JC. pariter ac Philosophus insignis, Præceptor noster omni observantia colendus.

§. XLIII.

11. Tales res etiam sunt aves majores. Das Feder-Wildbrät vid Fürstl. Magdeb Policey-Ordn. c. 30 §. desgleichen soll auch niemand kein Wild/ ꝛc. uti sunt: (1) wilde Gänse. (2) Enten. (3). Trappen. (4) Aurhanen. (5) Birckhanen. (6). Rebhüner. (7). Reyger. (8). Kranche. (9). alicubi Kramsvogel und Drossel/ Haselhüner und Schneppen. De his omnibus consulendæ sunt cujuscunque loci consvetudines, quæ alicubi præter has modò enarratas aves, alias adhuc ad venationem referunt, alicubi verò ex modò recensitis nonnullas aves aliis impunè capiendas relinqvunt. Meur. *d. tr. p. 2.* von Feder-Wildbrät Init. verb. Wiewol das Feder-Wildbrät- als Auerhanen/ Hasel/ Feld-Hüner/ Wachteln und dergleichen unzweiflich/ wie ander Wildbrät gemeinen Gebrauch nach in Forst gehörig. Conf. Dn. Struv. *Ex.* 41. §. 12. Observandum tamen, has omnes aves capere non esse ita strictè prohibitum, sive etiam prohibendum quam ipsa quadrupedum venatio. vid. Wesenb. *ad l ff. de acqv. rer. dom. num. 4.* nisi eo casu, quando aucupium illud detrimentum afferat ipsi Domino Forestario in suis venationibus majorum ferarum. vid. Meur. *d. lib.* verb. Wird vielmahlen den von Adel und Städten/ die es etwan gebraucht/ solch klein Weidewerck zu gebrauchen/ bewilliget/ & paulò post: den Forst aber in andere Wege unnachtheilig. vid. *Vin.* §. 13. *Inst. ad tit. de Rer. div. num. 3.* ubi excipit aucupium, quod solet

let. longo amite expediri, illud enim dicit, solius esse principis.

§. XLIV.

Tales res sunt (12) ipsa avium ova, quibus interceptis & ablatis omnis fructus & multiplex principis commodum exstingvi necesse est. Proinde paulo graviori pecuniæ pœna horum ovorum & pullorum noviter exclusorum fures plecti voluit D. Henr. jul. d. Ordin. art. 27. his scilicet verbis: **Wie denn auch ingleichen keiner keine Urhennen-Eyer / noch junge Küchlein / auch Haselhüner- und Scheppen-Eyer / oder Junge ausnehmen soll / bey Straff 30. fl. und Gefängniß / ꝛc.**

§ XLV.

(13) Quæritur de apibus, an illæ quoque sint furti ferarum objectum? & jure Civ. apes inter feras haberi non est dubium. §. 14 *Inst. de R. D.* ubi disting. an apes sint inclusæ, an vero non, illo casu rursus distinguend. an si evolaverint, consuetudinem revertendi habuerint, an verò illam amiserint. Sin prius, qui eas perturbat & planè aufert, utique furtum committit. Hoc vero casu, ut & illo, quando apes non sunt inclusæ, furtum haut committitur. Verum an idem de hoc ultimo casu hodiernis moribus obtineat, videtur dubium. Expresse dicit Meur. *d. tr. part. 2. Rubr.* **von Eigenschafft der Immen** / illas de consuetudine pertinere ad jus venandi verb. **Und gibts der gemeine Gebrauch und Erfahrung / daß die Immen / wie ander Thier in Forst gehörig Wild / niemands auch keinen Unterthanen / ohn des Forst-Herrn Wissen und Bewilligen die auszuhauen.** Nos qui experientia adh. destituimur, cogimur hujus autoritati acquiescere, interim unciuique suas loci consuetudines servantes conf. Schneidw. *ad* §. 14 *n. 6. Inst. de rer. div.* Ad Carpz. *part. 4. C. 36. D. 4. Jurispr. For.* De columbis & Pavonibus vid Struv. *Exerc. 41. th.* 17. Hæc de ipsis rebus, in quibus

 fur-

furtum ferarum possit committi, ex quibus facile est est judicare de iis, quæ huc non pertinent.

§. XLVI.

Ordo nunc excipit effectum, qui ipse continetur in definitione verb. obligans eum qui contrectat ad pœnam. Pœna autem illa potest esse vel Civilis vel Criminalis. Hæc iterum est vel arbitraria, vel Ordinaria. Neutrum jus Civile & hanc neque Carol. V. agnoscit, neque illam unquam statuit, nisi eo casu, quando fera ipsa inclusa nostro leporario est in nostro dominio & possessione, quando enim extra illam est, inquit Scævola *l. 1. §. 15. ff. si quis testam. lib. jussu.* furtum haut committitur, proinde ordinaria à Carolo V. statuta suspendii pœna vix locum invenit. Arbitraria rursus est vel pecuniaria vel corporis afflictiva. Pecuniariam quod attinet, videmus illam hodie in nostris Ducum territoriis passim usurpari, vix enim invenies sylvam venatoriam, ante quam non sit erectus lapis Marckstein/ sive columna terminalis Hag-Seule/ cum inscriptione pœnarum pro singulis feris applicandarum, ita, ut quis suis oculis possit usurpare, pro lepore 10. imperiales, pro apro 20. pro cervo 30. esse solvendos.

§. XLVII.

Corporalis pœna est multiplex: 1. Fustigatio cum relegatione perpetua, quam regulariter obtinere dicit Eberh. Spech. *cent* 1. *Q*.98. *n*. 11. Ubi deducit ex decisionibus Wittebergensium JCtorum hæc verba: daß derjenige/ welcher mehr denn ein mahl mit Wildbrät-schiessen verbrochen/ die ewige Landes Verweisung mit Staupenschlägen ihm auffzuerlegen sey. Idem obtinere dicit Andr. Knich. sub description. *Ducum Saxon. n.* 261. in nonnullis locis, etiamsi

etiamsi fur prima vice feras abstulisse deprehendatur. Ad. id. ib. *n.* 275. 2. Amputatio manus, quæ statuta est in Ducatu Hannoverano iis scilicet, qui dolosé & contra mandatum aves capiunt, quæ nobis audiunt die Reyger. 3. Carcerisq; vel temporalis, vel perpetuus, vid. tamen Spech. *d. l. n.* 14. *&* Knich *cit. l. n.* 275. ubi dicit à pœna perpetui carceris, si posset imponi alia, judicem quam maximè abstinere debere. 4. Huc referimus pœnam Italicam Tratto dicorda, quæ Latinis est membrorum extensio. vid. Carpz. *prax. cr. Q.* 84. *n.* 29. Knich. *d. l. n.* 261. *&* 259 ubi observat, fericidis aliquando dictatam fuisse pœnam, ut secundum numerum ferarum interemtarum, isti annos duos vel plures cornu cervinum in collo gestarent. 5. pœna stigmatis vid. Land-Recht *l.* 2. *art.* 13. verb. das die Diebe / so den Strang nicht verdienet / ihnen ein Ohr abgeschnitten / oder aber in die Backen oder Strin ein Zeichen gebrannt werden müge. A qua tamen notatione in fronte consvetudo videtur recessisse ideoque solent ejusmodi fures hodie ferro caudenti in dorso signari, quod factum memini nuper feripetæ cuidam in Ducatu Zellensi ex sententia JCtorum Helmstadi. pronunc. Conf. Spech. *d. l. n.* 12. *&* 13. Ad has autem corporales pœnas, tum demum deveniendum putamus, quando ipse furans non habet tantum in ære, quantum loco pœnæ est statutum vid. *th. antec.* vel Princeps reservarit in suo edicto pœnam ex arbitrio applicandam, vel etiam circumstantiæ concurrentes has ipsas pœnas suadeant. Judex itaque cujus est in arbitrio, quo genere harum pœnarum animadvertere velit, has perspectis accuratè omnibus circumstantiis cautè & prudenter applicet, & ut secundum Leges expressas judicet, nunquam arbitrariam pœnam hoc in casu ad ultimum supplicium extendat. Quod verum putamus eo casu, quando certa & specifica pœna in edicto prohibitorio contra temeratores venationum

non est determinata. vid. Carpz. *d. l. n. 6.* Et ita hactenus rectè pugnant contra capitalem pœnam multi Dd. ut Zoan. *de Dupl. ven. n. 99.* ubi dicit: *Non planè vellem pro fera aliqua bellua capta hominem ad Dei imaginem conditum & Christiani Salvatoris membrum protinus mactari*; & paulò post: *parcius proinde in subditos, hoc præsertim nomine, si non alio sæviendum* & Wesenb. ad *t. ff. de acquir. rer. dom. num. 7. in f.* aliique multi.

§. XLVIII.

Ast nunc quæstionis est: si hæ modo enarratæ pœnæ non sufficiant his furtis coërcendis, anne princeps certâ lege promulgata & sanctione expressa feripetis tutò & illæsa conscientia ultimum supplicium possit irrogare? Et sanè si audiendus est Alphonsus à Castro *l. 1. de potest. leg. pæn. c. 6.* vid. Besold. *loc. cit.* Hæc quæstio videtur omninò neganda, appellat enim illos Tyrannos, qui morte mulctari aliquem jubent ob interfectum cervum, pluris bestiam, quam hominem æstimantes. Cui & assentiri videtur ipsum jus Saxon. aliàs satis rigidum. *l. 2. art. 61.* Da GOtt den Menschen schuff / da gab er ihn Gewalt über Fische und Vögel / und über alle wilde Thier / darum haben wir das eine Urkund von GOtt / daß niemand seinen Leib noch seinen Gesund an diesen dreyen verwircke. Ad. & Zoan. *d. l.* ex quo apparet, nullam esse inter hoc delictum & pœnam capitalem irrogandam proportionem. Carpz. *d. l. n. 37.* Hoc ipso moti perplures sunt, qui ex numerosa Dd. authoritate tradunt; nunquam fas esse judici, hoc delictum gravius, quam exilio Thoming. *Consil. Sax. Consult. pag. 4. & 8.* sive fustigatione punire Eberh. Spech. *d. lib. num. 11.* Idem ex sententia JCtorum Witteberg. dicit Bachov. *vol. 2. disp. 20. L. A.* Wenn eine Obrigkeit bey Straffe des Lebens und dem Strang das

Wild-

Wild-schiessen verboten hätte / so haben wir doch ein groß Bedencken / solchen ernstlichen Mandat zu folgen / sondern seyn bey der wilkühhrlichen Straffe geblieben.

§. XLIX.

Verùm hisce omnibus non obstantibus nulla est causa, quin hanc ipsam quæstionem affirmemus, siquidem falsum redditur, quod modo in contrarium affertur, eum esse Tyrannum, qui capite plectit feripetam, ideò, quod nulla inter hominem & bestiam sit proportio, ex hac enim hypothesi sequeretur illud absurdum, quod fures etiam animalium mansuetorum & qui tales sunt & jure Civili & jure Carol. nunquam esse suspendendos, quod licet velint nonnulli quos vide apud Ludwel. *Ex. 15. th. 3. in f.* majorum, tamen Theologorum & JCtorum autoritas pœnam suspendii hoc in casu hactenus probavit idque non sine ratione. Producimus nunc quidem magni nominis Theologum Martin. Chemn. *2. part. loc. Theol. in 7. pracep.* qui eruditè scribit: *Quaritur hîc án justum sit fures puniri suspendio, cum lex divina hanc pœnam non constituerit? sed vera est responsio constitutiones Mosaicas nostras Politicas non obligare, quæ facinorosis rectè possunt pœnas imponere pro ratione illius regulæ, ut communis pax & tranquillitas servetur, malum de terra auferatur, audacia reprimatur, ut cæteri timorem habeant, multis enim grassantibus opus est exemplo.* &c. Cui egregiè astipulatur Claudius Saturn. in *l. 16. §. 20. ff. de pœn. nonnunquam*, inquit, *evenit ut aliquo-*

proportione inter belluam & hominem, quæ enim quæso est proportio inter rem vilissimam domino ablatam 5. scilicet solidos & hominem præstantissimum? qui tamen ob hos ablatos cæteris paribus justè suspenditur. Carpz. *d. l. n. 2.* Nos proinde ab hoc ipso tanquam à minori ad majus sic argumentamur: Si iste potest capite mulctari, qui læsit privatum quendam amotione rei, multò magis, qui Principem & Summam Majestatem lædit & contemnit pœnâ capitis est dignus, quis enim nescit ex principiis juris Civ. & Institutionum qualitatem personæ, contra quam delinquitur, delictum exaggerare & injuriam reddere atrocem? *§. 9. Inst. de injur.* Non itaque hîc tam ratio habenda est proportionis modò dictæ, quam insignis illius Majestatis contemtus, transgressionis legis & damni exorientis ex denegata principi debita obedientia, quod ipsum facit, ut id, quod aliàs spectata nuda proportione, quæ intercedit inter hominem & bestiam esset injustissimum, fiat justissimum. vid. *Edict* D. Henr. Julii, *sub dato* Grüning. *an. 1598. d. 26. Septemb.* ubi contemtus iste majestatis his verbis exprimitur: Weil solches über und wider unser beschehene bevörige Gebot / uns zu einen sonderbahren hohen Veracht und Troz geschiehet Ad Carpz. *d. l. n. 40.*

§. LI.

Quod attinet textum juris Saxon. iste nos minimè obligat & princi non potest præscribere, ut id non omnibus mediis & quâ potest severitate é sua Rep. exstirpet, quod maximum ipsi parit detrimentum. Hinc ab jure Sax. non injustè recessisse putamus etiam ipsos Electores & Duces Saxon. quod vid. in Constitut. D. Augusti Elect. an 1584. promulg. ubi dicitur: daß hin-

hinführo die Straffe der Wildbräts-Diebe der Galge seyn soll & ulterius: Würde sich aber jemand hierüber unterstehen/ und darob betreten/ oder dasselbe/ wie sonsten über ihn außfündig gemacht/ der soll zu ernsten Hafften/ und ins Gefängniß gebracht werden/ und wo er nichts mehr verbrochen/ denn das Wildbrät geschossen/ oder niedergeschlagen/ als ein öffentlicher Dieb unsers gehägten und befriedigten Wildbräts mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht werden. Quin & ipsa Glossa alleg. hunc juris Sax. textum longe aliter, ac contrarii, interpretatur, dicens: daß GOtt den Leuten gab die Thiere/ darum verwircket sich niemand mit Tödten/ noch mit Wunden an keinen Thiere/ da verwircket er aber seinen Leib mit/ ob ers stehle oder raube/ und diß ist hierwider/ denn also verwircket er es an den Menschen/ ꝛc. Ex quibus apparet occisionem ferarum simpliciter & sine ullo affectu furandi consideratam neutiquam mereri mortem, secus verò, si ea fiat clam auferendo & furando.

§. LII.

Accedit & hoc, quod hîc sanè non simplex sit aliquod furtum, sed utique qualificatum, cum singulari scilicet vi & armis plerumque conjunctum, unde præter ablationem feræ gravissimum aliud vel vitæ vel corporis periculum metuend. vid. *art. 159 Ord. Crim.* So ist in den Diebstal der mit Waffen geschiehet

Reip. ceu loquitur alicubi vir celeberrimus Puffendorf. Cum jam plerumque in hoc furto alia crimina sunt metuenda & homicidia & latrocinia, sanè pœna capitalis non tam ratione furti commissi irrogatur quàm pacem potissimum publicam & tranquillitatem conservandi gratiâ. Add. all. Edict. D. Henrici Julii. verb. Daß solche leichtfertige Buben gemeiniglich mehrer Unthaten/ als Diebstals/ Mordens/ Räuberey und dergleichen schuldig.

§. LIII.

Quin itaque principes & qui gaudent legali potestate, summâ exigente necessitate & statu suô Reip. aliter salvo non manente, possint publica lege in illicité venantes animadvertere ultimo supplicio, nullum putamus esse dubium, cum ejusmodi vindicta non potest non summa æquitate & optimo jure niti. Quæ ipsa omnia dicta confirmat Meur. *d. tract. Rub.* welcher Gestalt die Forstl hohe Ober &c. verb. da aber Gesetze/Rechte / und des Reichs peinliche Hals-Gericht Ordnungen/ klagen und straffen bey vielen leichtfertigen und auff das Weldewerck sonders verpichten/ so verächtlich und gering gehalten würde/ daß mit solcher gemeiner Straffe ein Forst nicht wol zu handhaben / so wil zu Zeiten die Nohtdurfft erheischen/ und ist einer jeden Obrigkeit nach Gelegenheit/ viele und Grösse der Ubertreter sondere Mandata und Straffe zu geben/ die zu erhöhen/ also und dergestalt unbenommen. Quo autem genere mortis ferarum fures sint afficiendi, de eo non ita constat. Nos si certum & definitum mortis genus princeps in sua sanctione non expresserit ad usitatam vel gladii vel suspendii & in Imperio German. receptam pœnam esse deveniendum pu-

putamus. *Conf. laud. modo Cancell. Dn. Eichelius ad d. t.* Ubi observat, nonnullis in locis suprà caput ejusmodi delinquentis, si patibulo committatur, cornua, caput vel exuviæ bestiæ furto ablatæ affingi.

§. LIV.

Damnamus proinde & cum Alphonso à Castro illos Tyrannos apellamus, qui planè inusitato mortis genere afficiunt temeratores venationum. Laudamus & Sarisberiens. alleg. à Besold. *d. l. in Polycr. l. 1. c. 4.* ubi scribit: *In tantum quosdam vanitatis venatoria instinctu erupisse vesaniam, ut hostes natura fierent, conditionis sua immemores, divi judicii contemtores, dum in vindictam ferarum imaginem Dei exquisitis subjugant suppliciis.* Etenim hominem videntur exuisse illi domini Forestarii, qui hominem ferreis ligamentis cervo alligatum vivum sylvis immittunt, item qui cogunt furem, leporem, quem cepit, crudum devorare, ut ex eo moriatur, it. qui more barbarico hastâ transfigunt feripetam. Damnamus & Anglorum Regum, ut Henrici II. & Richardi pœnam, qua solebant oculis & genitalibus mulctare, qui regias feras capiebant, item qui pelli cervino quenquam insui jubent, ut in foro à canibus venatoriis instar cervi miserè hinc & inde agitetur & tandem ab illis dilaceretur. Quæ crudelissima & à pio Principe aliena mortis genera vid. ap. Besoldum *d. l* improbamus & illud supplicium, quod *Andr. Knich. d. l. n. 268.* nominat fustuarium usitatum, ut ille dicit, apud inferiores Pannones in castris & militia

thes. antec. diximus, notand. hanc ipsam mortis pœnam non indistinctè & in quibusvis ferarum furtis esse licitam. Cessat enim illa, quando primaria ratio & causa illius cessat, quæ est contemtus & injuria Summæ Majestatis vid. *th. 46.* Hinc 1. qui venantur in saltibus privatorum, nobilium scilicet & aliorum non statim capite plecti sed vel pœna pecuniaria Carpz. *d. l. n. 48.* vel una harum quas §. 46. expressimus debent puniri. 2. Capitis pœna cessat, si minores feræ sint furto ablatæ, qui enim has auferunt, certa auri pœna mulctantur in Saxon. cujus æquitatem putamus etiam extra Electoratum Sax. omnibus dominis Forestariis & Principibus observandum, ne audiant Tyranni, cum ob vilissimum statim leporem pretiosum hominis sanguinem fundere gestiant. Conf. Carpz. *d. l. n. 14.*

§. LVI.

3. Licet etiam majores feræ sint ablatæ, si tamen illarum pretium non respondet summæ auri, quæ ad pœnam suspendii infligendam à Carolo V. requiritur, nequaquam ad pœnam capitalem esse deveniendum putamus cum Carpz. *d. l. n. 50.* qui de æstimatione feræ furto ablatæ, quomodo scilicet instituenda plura ibidem habet. Ad Meur. d. t. verb: **Wird auch die Zahl wie viel des gefellten Wildbrdts bedacht.**

§. LVII.

Denique quantum potest, hæc pœna est restringenda, nec unquam temerè extendenda, secundum vulgatum illud juris axioma: odiosa non sunt extendenda. Et omnes judices velim hoc observare, quod

sa-

ſapienter monet Knich. *d. l. n. 251. Specioſa quidem*, inquit, *ſunt modò adducta Principes eorumque miniſtros venatorios in ſeveriori animadverſione haud leviter obfirmantia, at cautius agendum, ubi de hominis vita periculum imminet, nec durius aut remisſius quid conſtituendum, quam cauſa depoſcit; nec ſeveritatis aut clementiæ gloria affectanda ſed perpenſo judicio, prout quaque res poſtulat ſtatuendum.* Hinc judex omnes qualitates & circumſtantias, quæ in reliquis omnibus criminibus veniunt conſiderandæ, exactè & probè hîc quoque perpendat & examinet, an ſcilicet furtum hoc ſit commiſſum expreſſa voluntate majeſtatem contemnendi, vel cum vi alteri inferenda conjunctum, vel ſine ea, ut ſi forte fortuna aliquid feri demortui inveniatur, quo caſu videmus arbitrarium ſibi reſervaſſe pœnam Duces Brunſ. & Lun. vid. *al. declar.* Wie es mit den gefundenen Wildbrät zu halten. 2. an impetus iræ vel alius affectus anſam dederit furto. 3. an furans ſit juſtæ & legitimæ ætatis an verò non. 4 an in iis locis furans venatus fuerit da das Wild ſeinen Stand hat / und ſonderlich gehäget wird / an verò extra illa loca. 5 & tempus hîc conſiderandum venit, an furtum ſit factum nocturno, an diurno tempore. 7. an furans quid de lucro, quod acquirere intendebat, participaverit, an verò non, & voluntas illius effectu deſtituta fuerit, ita ut quantum in furante fuit, delictum fuerit perfectum, ratione verò tertii cujuſdam interventus imperfectum, dum ſclopeto jaculatus ictu aberraverit & be-

Nos cum aliis disting. an id quod intervenit & impedivit voluntatem fuerit in ipso subjecto an verò extra illud, priori casu, quando scilicet pœnitentia execrabilē delinquendi mentem exuit, levior vel nulla obtinet pœna, prout delictum grave vel leve fuit, *l. vulgaris § qui furti ff. de furtis.* posteriori casu gravior extraordinaria locum invenit, ceu Modestinus Pist. doctè consuluit, quod vid. ap. Volkman in den peinlichen Procesf. part 3 cons 39. Hæ quæ & similes circumstantiæ seripetam possunt capitis pœna modò subjicere, modò eximere. Et tantum de effectu, quo ipso nunc concludimus benevolum lectorem etiam atque etiam rogantes, ut vitio nobis nunc quidem haut vertat, si præsentem hanc materiam, non ita ut debebamus, elaboravimus, juvenilis enim, ingenuè fatemur, nostra ætas experientiâ, & in quâ potissimum est fundata nostra materia, praxi destituitur, ad quam tamen si aliquando nobis pervenire licet, eorum quæ hîc concepimus uberiorem tractatum & si opus fuerit alicubi correctionem promittimus. Deo sint gratiæ & honor in æternum.

FINIS.

